

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo LXXIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

obsecro numquid nam omnium operum xpi maiora facit. quicum timore & tremore suam ipsius salutem operatur. quod utiq. in illo. sed non sine illo xpi operatur. prorsus maius hoc esse dixerim quae est caelum & terra & quaecumq. cernuntur in caelo & in terra; & caelum enim & terra transibit. praedestinatorum autem. id est eorum quos praescit. salus & iustificatio permanebit; In illis tantum operadi. in his autem est & iam imago di. sed & in caelis sedes. dominationes. principatus. potestates. archangeli angeli. opera sunt xpi; numquid & iam his operibus maiora facit qui operante in se xpo. cooperatur aeternam salutem. ac iustificationem suam. Non hic audeo praecipitare sententiam; intellegat qui potest iudicet qui potest. utrum maius sit iustos creare. quam impios iustificare; certe enim si aequalis est utrumq. potentiae. hoc maioris est misericordiae; hoc est enim magnum pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne. iustificatum est in spu. apparuit angelis. predicatum est in gentibus. creditum est in mundo. adsumptum est in gloria; sed omnia opera xpi intellegere ubi ait. maiora horum faciet. nullanos necessitas cogit; horum enim forsitan dixit quae illa hora faciebat; Tunc autem uerba fidei faciebat. & de his operibus fuerat prae loquutus dicens. Uerba quae ego loquor uobis. a me ipso non loquor. pater autem in me manens facit opera ipse; Tunc igitur uerba eius erant opera eius. & utiq. minus est uerbi iustitiae praedicare quod fecit pater nos. quam impios iustificare. quod ita facit in nobis. ut faciamus & nos; Restat inquirere quomodo accipiendum sit. quodcumq. paueritis in nomine meo hoc faciam; propter multa enim quae pauerunt fideles eius nec accipiunt. non parua hinc exortur quaestio; sed quoniam sermo iam iste claudendus est. ei considerande atq. tractandae tribuatur saltim parua dilatio.

INCIPIT SERMO LXXIII. DE EO QUOD DICIT. QUIAE GO AD PATREM UADO. QUODCUMQ. PETIERIT IN NOMINE MEO. HOC FACIAM UOBIS.

Magnam spem dñs suis promisit sperantibus dicens. quia ego ad patrem uado. & quodcumq. paueritis in nomine meo. hoc faciam; Sic ergo perrexit ad patrem. ut non relinqueret indigentes. sed exaudiret pauerentes; sed quid est. quodcumq. paueritis. cum uideamus plerumq. fideles eius pauerere & non accipere. an forte propterea. quia male pauerunt. nam hoc exprobrauit apostolus iacobus dicens; paueritis & non accipitis. eo quod male paueritis. ut in concupiscentiis uestris insumatis; male ergo usus eo quod uult accipere. idō potius miserante non accipit; proinde si hoc ab illo paueritur. unde homo ledatur. exauditus. magis metuendum est. ne

quod possit nondum propitius deus iratus; Annon uidemus israelitas malo
 suo impetrasse. quod culpabili concupiscentia petierunt. Concupierant enim
 carnibus uesci. quibus pluebatur manna de caelo; fastidibant quippe quod
 habebant & quod non habebant impudenter petebant. quasi non melius pete-
 rent. non ut cibus quidem erat indecenti desiderio praestaretur. Sed ut ille
 qui aderat. sanato fastidio sumeretur; quando enim nos delectant mala &
 non delectant bona. rogare debemus potius deum ut delectent bona quam ut
 concedantur mala. non quia malum est carne uesci. cum de hac re loquens
 apostolus dicat. Omnis creatura dei bona est & nihil abiendum quod cum
 gratiarum actione accipitur. sed quia sicut item ipse ait. malum est homi-
 ni qui per offensionem manducat; & si hominis offensionem. quanto ma-
 gis dei cuius in israelitis non parua erat offensio repudiare quod dabit
 sapientia. & petere id quod in habet concupiscentia. quam uis illi nec pete-
 rent. sed quia deerat murmurarent; sed ut sciremus non dei creaturam
 esse culpabilem. sed inoboedientiam contumacem & inordinatam cupidi-
 tatem. non propter porcum. sed propter pomum mortem homo primus
 inuenit. & esau primatus suos non propter gallinam. sed propter lenticulam
 perdidit; quomodo ergo intelligendum est. quod cumque petieritis hoc fa-
 ciam. si de aliqua petentibus fidelibus & iam consulendo non facit. an forte
 solis apostolis dictum debemus accipere. Absit; unde enim ad hoc uenit ut
 diceret. superius dixerat. qui credit in me opera quae facio faciet & maio-
 ra horum faciet; De qua re pristino sermone tractauimus; & ne quisquam
 hoc sibi tribueret. ut & iam illa opera maiora se ipsum faceret ostenderet.
 adiecit atque ait; quia ego ad patrem uado & quodcumque petieritis in nomi-
 ne meo hoc faciam; Numquid in eum soli apostoli crediderunt. ad eos itaque
 loquebatur dicendo. qui credit in me. in quibus eo donante & iam nos sumus.
 qui utique non quodcumque petierimus accipimus. ipsos quoque beatissimos
 si cogitemus apostolos. inuenimus eum qui plus omnibus laborauit.
 non autem ipse sed gratia dei cum ipso iter dominum rogasse ut ab eo discederet
 angelus satanae. nec tamen quod rogauerat accepisse; quid dicimus caris-
 simi. putauimus ne hoc promissum ubi ait. quodcumque petieritis hoc faciam.
 Nec apostolis ab ipso fuisse completum. & cui tandem quod promittit im-
 plebit. si apostolos suos in sua promissione fraudauit. Euiusmodi igitur homo
 fidelis & uigilanter audi quod illic positum est in nomine meo; ipsum
 enim quodcumque non ait petieritis ut cumque. sed in nomine meo qui pro-
 misit; ergo tam magnum beneficium quid uocatur. utique christi iesu; christi
 significat regem. iesu significat saluatorem; non itaque nos saluos faciet.

quicumq. rex. sed rex saluator; Ac per hoc quodcumq. p&imus aduersus
 utilitatem salutis. non p&imus in nomine saluatoris; & tamen ipse saluator
 est. non solum quando facit quod p&imus. uerum & iam quando non facit.
 qm̄ quod uidet p&i contra salutem. non faciendo potuisse exhib& salua
 torem; Non ut enim medicus quid pro sua. quid contra suam salutem pos
 cat aegrotus. & ideo contraria poscentis non facit uoluntatem. ut faciat
 sanitatem; qua propter quando uolumus ut faciat quodcumq. p&imus.
 non ut cumq. sed in nomine eius p&amus. hoc est in nomine saluatoris
 p&amus. non ergo contra salutem nostram p&amus; quod si fecerit. non
 ut saluator facit. quod est nomen eius fidelibus eius; est quippe impius &
 damnator. qui dignatur fidelibus esse saluator; qui ergo credit in eum. qd
 cumq. p&ierit in eo nomine quod est illis qui credunt in eum. hoc facit.
 qm̄ hoc sicut saluator facit; Si autem qui in eum credit. aliquid per ig
 norantiam contra salutem suam p&it. non in nomine saluatoris p&it. quia
 saluator eius non erit. si quod eius salutem impedit fecerit; unde tunc ex
 pedire potius. ut non faciendo propter quod inuocatur. faciat quod uocatur.
 propterea non solum saluator. sed & iam magister bonus ut faciat quod
 cumq. p&ierimus. in ipsa oratione quam nobis dedit. docuit quid p&am.
 ut & iam sic intellegamus non p&ere nos in nomine magistri. quod p&i
 mus praeter regulam ipsius magisterii; sane quaedam quamuis in nomi
 ne eius p&amus. id est secundum saluatorem & secundum magistrum pe
 tamus. non tunc quando p&imus facit. sed tamen facit; neq. enim quia
 & illud p&imus ut ueniat regnum dñi. propterea non facit quod p&imus.
 quia non statim cum illo in a&ernitate regnamus; Differitur enim
 quod p&imus. non negatur; uerum tamen orantes tamquam seminan
 tes non deficiamus. tempore enim proprio m&emus. & simul p&amus
 quando bene p&imus. ut non facit quod non bene p&imus. quia & ad
 hoc pertinet quod in eadem oratione dominica dicimus. In nos inferas
 in temptationem; neq. enim parua est temptatio. si contra tuam sit cau
 sam tua postulatio; non autem negligenter audiendum est. quod dñs
 ne quisquam eum putare quod se promisit facere p&entibus. sine patre
 esse facturum. cum dixisset. quodcumq. p&ieritis in nomine meo hoc
 faciam. continuo subiecit. ut glorific&ur pater in filio; Siquid p&ieri
 tis in nomine meo hoc faciam; nullomodo igitur sine patre hoc filius
 facit. quando quidem ut in illo pater glorific&ur propterea facit;
 facit ergo pater in filio ut filius glorific&ur in patre. & facit filius in
 patre. ut pater glorific&ur in filio. qm̄ unum sunt pater & filius.